

Q. 162.
2.

V_e
3300a

DISSERTATIONEM IVRIS PVBLICI
DE

S. R. I. ELECTORVM
IMPRIMIS SAXONIAE
FEVDIS ET OFFICIIS
BAMBERGENSIBVS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV ET AVCTORITATE
IN ALMA LIPSIENSI
PRAESIDE

D. CAROLO GVILIELMO
GAERTNER

PHIL. ET I. V. D.

D. XXVIII. NOV. MDCCXXVI.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBIIICIT

AVTOR RESPONDENS

CAROL. GOTTLIEB BEHRNAVER

BVDISSA LVSATVS.



LIPSI AE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
M D C C X X X X I.



M. 4

DISSERTATIONEM IURIS PABLICI

DE

S. R. I. ELECTORVM

IMPERII SAXONIAE

REVDIS ET OPTICIS

BAMBURGENSIBVS

LEVTIS LOTORVM ORDINIS

CONSENSU ET AVCTORITATE

IN ALMA LIPSIE NSI

PRAESIDE

D. CAROLO GVLIELMO

GAERTNER

PUBLICVS

D. XVII. NOV. MDCCXXVI

PABLICO ERVDITORVM EXAMINE

SVBICIT

AVTOR RESPONDENS

CAROL GOTTLIEB REHNHART

BAMBURGAE

LIBRARY
UNIVERSITY OF
SAXONY-ANHALT
MAGDEBURG

EX OFFICIO
MAGISTRI

* * *

DISSERTATIONIS
CONSPECTVS.

- §. I. *Quatuor S. R. I. Electores Archi-officiales, Pincerna, Dapifer, Mareschallus et Camerarius, iisdem plane officiorum titulis in Aula Bambergensi ac in Imperio munera Palatina subeunt.*
- §. II. *Factum inde est, ut BRVRSCHIVS sibi et aliis imposuerit, feuda Electoratum beneficia esse Episcopi Bambergensis.*
- §. III. *Nam Bruschium alii secuti, vel omnem Electoralem in Imperio dignitatem, et cuncta eo pertinentia feuda, vel ad minimum Imperii Archiofficia sub investitura Bambergensi comprehendendi, propugnant;*
- §. IV. *Sed variis argumentis erronea illorum sententia refellitur.*
- §. V. *Id quod accuratius rem inquirentes agnoverunt, causa erroris comperta, tenere Electores quaedam loca, ab Episcopo Bambergensi sibi in feudum data, quorum intuitu ad officia obligantur eidem praestanda, consimilia officiorum illorum, quae Imperatori exhibent.*

- §. VI. *De Origine quidem huius Vasallagii varie disceptatur,*
- §. VII. *Henricum II. Imp. autem totius negotii autorem esse, ostenditur.*
- §. VIII. *Et quod S. R. I. Archi-officiales primi munerum Bambergensium susceptores fuerint, demonstratur.*
- §. IX. *Cui non repugnat argumentum a reuolutione Dapiferatus Anno 1269. exorta, desumptum.*
- §. X. *Quo vero ordine ministerium hoc Bambergense, in familiis Electorum, ad nostra haec tempora fuerit continuatum, deducitur.*
- §. XI. *Ast varia iterum variorum de terra feudali, ministerio Bambergensi annexa opinio recensetur.*
- §. XII. *Et quid deinde de singulis feudis, Saxoniae imprimis, statuendum sit, proponitur.*
- §. XIII. *Subofficialium praeterea, et quae eorum, primario Saxonici, sunt, commemoratio fit.*
- §. XIV. *Tandem de ipsa natura Bambergensium feudorum quaedam subiiciuntur.*



DE
FEVDIS ET OFFICIIS
S. R. I. ELECTORVM
BAMBERGENSIBVS.

§. I.

Qui rerum Germanicarum primordia perscribere, et certius aliquid ex antiquitate afferre suscipiunt, vel exinde nostri temporis in Imperio Germanico consuetudines deducere satagunt, quantus ille sit labor, quae sint obstacula, non ignorant. Germania enim nostra rerum olim ibi gestarum monumenta vel prorsus nulla posteritati tradita habet, vel si quae existant, poëticis vt plurimum decora fabulis, multisque inuoluta ambagibus circumferuntur. Et sicuti querelae huius, non male fundatae, innumera prostant exempla, ita iure huc referri poterit, quam nostram in praesenti facimus *de officiis et Feudis S. R. I. Electorum Bambergensibus* tractatio. Argumentum scilicet, quanto frequentius apud Iuris publici nostri Scriptores occurrit, tanto ma-

ioribus implicatum dubiis, aequè ac fabulosis additamentis inuenitur auctum. Scimus enim et vbique repetitum legimus quatuor Summos Imperii nostri Romano - Germanici Principes Electores seculares, *Regem Bobemiae, Ducem Saxoniae, Comitem Palatii ad Rhenum, et Brandenburgi Marchionem*, ex dispositione *Aureae Bullae cap. 27.* *Archi-officia Pincernae, Marefchalli, Dapiferi, et Camerarii*, in praedicto Imperio fubeuntes, iisdem plane officiorum titulis et parili munere Episcopatus Bambergensis Praefuli ministrare, ob id feuda recipere, et peculiare praeterea sibi habere subordinatos subofficiales, totum autem hunc cum Electoribus Episcopi nexum, nomine *sericati Diuae Cunigundis* filii venire. Verum quod Ministerii huius Episcopalis originem, auctorem, hodiernum valorem, nec non feudorum confectionem attinet, in hunc vsque diem certiora desiderari, et recentioris aevi Scriptores, dum illustrem hanc iuris publici materiam tractant, antiquiorum fabulose tradita ridere, aequè inter omnes constat.

§. II.

Res eo recidit: Romanorum Imperator, *Henricus II.* cognomine *Sanctus*, ea, qua semper Clerum profecutus est munificentia, Comitatum quoque Babenbergensem, haereditario iure ad se deuolutum, Ecclesiae dicare constituit. Neque tamen hoc solo contentus pius Princeps, quod, refragantibus licet plerisque Germaniae Episcopis et Principibus, opus ad finem perduxisset, Episcopatum ex voto in Synodo Francofurtana *Anno 1006.* fundasset, eique Eberhardum, teste *MABILLON. Tom. IV. Ann. Ordin. Bened. L. 13. n. 67.* regium per Italiam Cancellarium praefecisset, omni insimul cura et studio, vt sedem hanc Episcopalem, nouiter a se institutam, caeteris Germaniae Ecclesiis praestantiorer redderet, alloborauit. Hunc igitur in finem non solum amplissimis ditionibus et redditibus, e proprio patri-

patrimonio, vt attestatur Pontifex Iohannes XIX. in Bulla apud GRETSER. *de Diuis Bamberg. C. 9.* quaesitis, Ecclesiam hanc Episcopalem dotauit, sed et eandem, assensu Pontificis, ab omni Metropolitanı potestate exemptam, immediate Sedi Apostolicae Romanae subiecit. Hoc enim „ indicant verba alleg. Bullae: „ sit ille Episcopatus liber, et „ ab omni potestate extranea securus, Romano tantum- „ modo mundiburdio subditus. Praeterea templum Cathedrale S. Georgio Equiti et totum Episcopatum Apostolo Petro dicauit et consecrauit, statuto censu, vt ait LEO „ OSTIENSIS *L. 2. Chron. Cassinat. Cap. 46.* pro annis singulis, equo vno optimo albo, cum omnibus ornamentis et phaleris suis, et centum marcheis argenti. Factum testantur, praeter allegatos, DITMARVS MERSEB. *L. 6. in LEIBNIT Scriptor. rer. Brunsw. p. 383.* CONRAD. VRSBERG. *ad ann. 1006.* ALBERTVS STADENS. *ad ann. eundem,* AVTOR *vıtae Henrici S. apud GRETSER. l. c.* alii- que permulti. Et haec dum inter alia recensuit atque repetiit CASPARVS BRVSCHIVS *libro de Episcopis Germaniae,* primus omnium superaddidit: Constituisse amplius „ D. Henricum Imp. vt seculares quatuor S. R. I. Electores „ feuda Electoratus, ab huius Ecclesiae Pontifice, vt Vasalli a „ suo directo Domino, petere necessum habeant. Quod in- „ signe et longe amplissimum priuilegium, vulgo fericatum „ D. Cunigundis filium appellant. *l. c. Cap. 15. p. 236.*

§. III.

Quamuis autem modo dictus CASP. BRVSCHIVS haec cuncta parum ingeniose, et nulla prorsus vllius scriptoris auctoritate adducta, vel documentorum fide interposita, propugnauerit; suos tamen mox excerptores, et noui inventi admiratores inuenit. Quo factum, vt subito fabula increbuerit, S. R. I. Electores Laicos, ex instituto Henrici S. dignitatem Electoralem, et huic annexas terras, pariter

riter ac ipsa, quibus in imperio funguntur, Archiofficia, a
 Bambergensium Episcopo in feudum suscipere, et hac lege
 eiusdem esse Vasallos. Tanta enim audacia hanc *Bruschii*
 sententiam defensum iuit MARTINVS HOFFMANNVS
L. I. annal. Bamb. apud illustr. a LVDEWIG, scriptorum
rerum Bamberg. p. 44. vt vel exinde iam Henrici II. Im-
 peratoris aeuo, vt nostro seculo, Principes Electores ele-
 ctorali potestate gauisos esse, contra *Auentinum et Om-*
phrium Panuinium argumentum desumat, verba sunt ipsius
 „ huc facientia: Ceterum inter tot praeclara et memorabilia
 „ beneficia, concessiones et iura, illud imprimis celebratur,
 „ quod consilio prudentiae et liberalitatis, potentissimos
 „ Germaniae Principes, supremos Ecclesiae Babebergensis
 „ officiales constituit. Ratus enim ad fidem suam et di-
 „ gnitatem pertinere, vt urbem Babebergensem, quam non
 „ solum Romani Imperii villam, sed Catholicae quoque
 „ Religionis domicilium esse volebat, illustri aliquo praesi-
 „ dio instrueret: Regia auctoritate statuit, vt Principes
 „ Electores Ecclesiae Babebergensis officiales et Vasalli essent,
 „ et Imperii feuda, quae electorali nomine et titulo tenent,
 „ ab Episcopo Bambergensi acciperent, eaque fide, quae
 „ domino feudi debetur, eidem obligarentur, maxime
 „ vero in celebritate illa, qua recens electus Episcopus cum
 „ apparatu splendidissimo urbem de more primum intrare
 „ solet, comitandi et deducendi gratia praesto essent, et suo
 „ quilibet munere functus, tantae Ecclesiae maiestatem au-
 „ ctoritate sua fulciret, et administranti illi subseruiret.
 „ Brandenburgicus Camerarius superior, Palatinus Dapifer,
 „ Saxo Ensisfer, Boemus Pincerna nuncupatur. Idem egit
 CASPARVS PEVCERVS *L. IV. Chron. Carion. ad ann. 1007.*
 „ aiens: Ex ea Constitutione adhuc hodie Electores Impe-
 „ rii, Vasalli sunt Episcopi Bambergensis, quaeque illi, Ele-
 „ ctorum nomine et titulo tenent, ab eodem eis vt feuda
 confe-

„conferuntur. Quod germanico idiomate reddidit SPANGENB. *Chron. Sax. C. 161. p. 235.* Es hat Kaiser Heinrich fast die fürnehmsten Fürsten im Reich dem Bischohm Bamberg zu Lehn-Leuten gemacht, daher sind noch heutiges Tages alle Churfürsten des Reichs des Bischoffs zu Bamberg Lehn-Leute, dergestalt; daß Er sie als mit einem Lehn belehnet, mit dem Churfürstlichen Titel und Nahmen, und mit dem, was ein jeder Churfürst hat und besisset *re. nec non LEHMANNVS Chron. Spirens. L. 5. c. 16.* Und damit dieß neue Bischohm über andere ansehnlich und berühmt möchte werden, demselben eine besondre Herrligkeit zugeeignet, nemlich daß die 4 Weltlichen hohen Reichs-Officierer, der Truchses, Marschall, Cämmerer und Schenk iezo und hinfürter ein jeder sein Amt von einem Bischoff zu Bamberg zu Lehn empfangen solle. Atque in horum subinde sententiam tot alii Iuris publici Doctores, non infimae scientiae abierunt, vt superiori seculo omnes vno quasi ore, in hanc erroneam Bruschi aliorumque traditionem iurasse dixeris; quorum in numero sunt MEGISERVS, OTTO, WAGENSEILIVS, HOEPING, RHETIVS, CONRINGIVS, SPENERVS, GOLDASTVS, ab ANDLO, et alii permulti, quos ex parte in Catalogo exhibent PFEFFING. *ad Vitriar. T. I. p. 1103. et illust. a LVDEWIG ad A. B. tit. 27. §. 8.* Neque multum ab his differunt, qui quidem nexum feudalem Electorum cum Episcopo Bambergensi, intuitu potestatis et terrae Electoralis, commentitium agnoscunt, interim tamen Archiofficia Imperii feuda Bambergensia esse contendunt: nimirum, vt in his conferendis, Imperatoris quasi Vicarias partes gereret Praesul Bambergensis: Et ita putant dignitatem hanc officiorum Electoralium non transire cum Imperiali inuestitura, sed necesse dicunt, vt ea ab Electoribus per Vicarios suos, ab Episcopo Bambergensi singulatim petatur, sicuti cum aliis opinan-

B

tur

tur KLOKIVS *de aerariis* L. 2. C. 40. ARVM. *ad A. B. tit.*
 27. *concl.* 41. REINKING *de reg. sec. et Eccles.* L. 1. *class.*
 4. *Cap.* 7. n. 5.

§. IV

Ast quod sibi et aliis hac in re imposuerint modo laudati scriptores, quilibet compertum habere poterit, dummodo considerare velit, ipsam vtriusque officii Imperialis et Episcopalis appellationem luculentum satis constituere discrimen; sicuti enim quae in Imperio officia subeunt Electores, S. R. I. Archi-officia, des Heil. Röm. Reichs Erb-Vemter dicuntur, ita quae a Bambergensi Curia in feudum recipiunt, suprema Aulae Bambergensis officia nuncupantur, des Kayserlichen Stiffts Bamberg Ober-Vemter et Ober-Hof-Vemter, vid. literas Inuestiturae apud KNICHEN. *opere Polit.* L. 2. P. 3. S. 2. c. 1. th. 16. et *Dissert. nostram* §. 12. Pari modo non leuis exerit se differentia in eo, quod Electoribus alii sint subofficiales intuitu Archi-officiorum Imperii, alii respectu officiorum Bambergensium, de quibus infra, et quorum isti S. R. I. officialium haereditariorum titulo veniunt, des Heil. Röm. Reichs Erb-Beamte, hi autem tantum sedis Episcopalis Bambergensis subofficiarii audiunt, des Stiffts Bamberg Unter-Beamte. Et quod maximum est, scimus, Principes Electores officia Electoralia, vna cum Electoratus ab Imperatoria Maestate petere, impetrare, et in feudum recipere, vti recte annotavit et probavit CARPZOV. *Disp. Feud.* X. qq. *ad A. B. I. n.* 30. quibus adde quae ab aliis hunc in finem adducuntur, quod Episcopalia haec feuda semper recipiantur per Plenipotentiarios, secus ac Imperialia; porro quod Episcopo officia ab Electoribus semper exhibeantur per Vicarios, siue Subofficiales, Imperatori autem per ipsos Electores, vel eorum Legatos. Deinde non omnes Electores Episcopi Bambergensis sunt Vasalli, vel officiis certis in eiusdem

eiusdem aula funguntur, exemplo Electorum Bauariae et Brunuicensis, VITRIAR. *Inst. Iur. Publ. L. 1. tit. 24. §. 15.* ibique PFEFFING. *lit. g. p. 1106.* quod tamen vtrique necessarium foret, si, quod contendunt, Henricus Imp. Electoralem dignitatem Episcopi beneficium reddidisset. Ne dicam, quod non cogitare potuerit Imperator Henricus, vt redderet Electoralem potestatem et dignitatem Bambergensi vasallam, cum eo tempore nihil quid tale, vt hodie, extitisse certo certius est. Vnde facilis conclusio, omnes, qui Electoratus, Electoralem dignitatem et Imperii Archiofficia Episcopi Bambergensis reputarunt feuda, deceptos esse eo, quod alio titulo Electores sint Bambergensis Vasalli.

§. V.

Quapropter non defuere et nostri et superioris seculi Scriptores, qui in tritam hanc aliorum traditionem accuratius inquirentes, fucum facile agnouerunt. LIMNAEVS initio ab aliis deceptus, errorem *L. 3. Iur. Publ. C. 9. n. 21.* commissum, ingenue deinde confessus est ad *Capit. Caroli V. Proem. verb. Erz Truchseß §. 2. p. 123.* causam erroris dicitans, quod Electores Episcopo Bambergensi debent consimilia officia illis, quae debent Imperatori. Pari modo caute admodum, in tanta scriptorum errantium confusione, suam hac de re proposuit opinionem MARQVARD. FRE-
 „HER. *Part. 1. Orig. Pal. cap. 15.* scribens: Comitatu Bam-
 „bergenfi ad Henricum deuoluto, postquam eum Episco-
 „patum erexisset, eximiisque priuilegiis et redditibus orna-
 „set, pro summo adfectu, quo locum prosequeretur, gran-
 „dius ei tribuere nil potuit, quam vt IV. Principes illos,
 „Imperii officiales, eisdem officiis et ministeriis Episcopa-
 „tui illi suo praeficeret et adscriberet, qui in hunc vs-
 „que diem ea in feudum recognoscere solent. Idem
 optime egerunt STRAVCHIVS *Dissert. Iur. Publ. III. §. 12.*
 SCHWED. *Introd. Iur. Publ. Part. sp. S. 1. C. 8. §. 2.* COG-
 B 2 CEIVS

CEIVS *Iur. Publ. prud. Cap. 11. §. 14.* VITRIAR. *Inst. Iur. Publ. L. 1. tit. 14. §. 15.* illustr. a LVDEWIG *Comment. ad A. B. tit. 27. §. 8.* et qui sunt reliqui, soluto hoc modo aenigmate: scilicet tenere Electores quaedam loca ab Episcopo Bambergensi sibi in feudum data, quorum intuitu ad officia obligantur eidem praestanda, consimilia officiorum illorum, quae Imperatoribus exhibent. Et haec proprie esse, quae Bambergae in feudum recipiunt, quibus cum Electorali dignitate, terris Electoralibus, aut Archi-officiis Imperii nulla prorsus connexio est; nisi huc vocare velis, quod Henricus Imperator ad id primario animum intenderit, vt ad Archi-officiales Imperii prouenirent feuda haec et officia Bambergensia.

§. VI.

Hoc cum discrimine neminem facile inficias ire arbitramur, esse hoc modo hodiernum Principes IV. summos Laicos, penes quos ab antiquissimis temporibus dignitas stetit Electoralis, Sedis Episcopalis Bambergensis officarios et beneficiarios, id quod etiam infra plenius demonstrandum erit. Verum enim vero manet adhuc reliqua illustris huius materiae tractatio variis aliis dubiis, iisque non leuidentibus, implicita, vbi de Vasallitici istius Electorum nexus origine et initiis, nec non instituti auctore disquiritur. Supra iam commemorauimus, quae sit BRVSCHII, HOFFMANNI aliorumque hac de re opinio: Perhibent enim cuncti, Henricum S. suafu imprimis, vt videtur, Augustae Coniugis Diuae Cunigundis, suos et Imperii Archi-officiales, Sedi Episcopali nouiter a se institutae dedisse ministros, vt itaque, si horum niti vellemus traditis et fide, res clara foret; originem nimirum omnem a temporibus Henrici S. repetendam, gloriam instituti ipsi Imperatori tribuendam, Archi-officiales autem Imperii pro primis ministerii Bambergensis susceptoribus habendos, atque in eo mysterium sericeae

fericei Dinae Cunigundae fili quaerendum esse. Sed qua freti autoritate et quo iure hoc propugnauerint citati Auctores, adeo in expedito non esse videtur; quin potius ob sufficientis probationis defectum, causam de his omnibus dubitandi aliis praebuerint. Equidem MARTIN. HOFFMANNVS *l. c. L. I. §. 69.* apud LVDEWIG *p. 45.* ad innumera antiquorum Diplomatum monumenta, inde a quadraginta et pluribus annis, sua aetate prouocare non dubitauit; verum, cum ne literam quidem a se iactatorum documentorum, quod Archiuarius potuisset, publici iuris fecerit, non sine causa suspectus habetur et Illustr. LVDEWIG *ad A. B. l. c.* qui causam inde arripuit, cuncta quae de Henrico Auctore vel Archi-officialibus primis Episcopi ministris tradita sunt, in dubium vocandi, vel potius reliquis historiarum figmentis plane adnumerandi. Neque negandum forte erit, cum in probatione defecerint ii, qui rem nobis tradidere, dubitandi adesse fundamentum satis iustum; accedente inprimis, quo in contrarium vtitur, argumento saepius cit. LVDEWIG *ad A. B.* quod non nisi extinctis Sueviae Ducibus Anno 1269. Duces Bauariae, Comites Palatini, Dapiferatum Bambergensem cum annexis in feudum receperint, vti videre est ex ipsis Inuestiturarum literis a GEVOLDO *de Septemuir. Cap. 10. p. 172.* adductis. Atqui, concludit, Hohenstaufenses, seu Sueviae Duces, officium Archi-Dapiferi in Imperio nunquam subisse, forte probatu aequae difficile erit, ac si defendere quis vellet, et in hoc quoque Palatinum successisse.

§. VII.

Agnoscamus pondus huius et aliorum argumentorum, ad refellendam eorum sententiam adhibitorum, qui, vti commemoratum est, in eo persistunt, vt Henricum II. Imp. totius negotii institutorem et conditorem ventilent; Verum contenderemus insimul, posse his non obstantibus

BRVSCHEIO aliisque fides vindicari, et quod non vbiq̄
 falsa veris miscuerint, in hac imprimis controuersia proba-
 ri. Ita enim existimamus, vtique adesse rationes, quae, vt
 Henricum II. ab instituto non penitus remoueamus, sua-
 dent. Talis est ipsa in quacunq̄ Germaniae Principis au-
 la officiales Palatinos IV. inprimis recensitos recipiendi
 consuetudo, imo necessitas. Postquam enim in aulis Re-
 gum et Imperatorum Francicorum sub Ludouico Grosso,
 teste MABILL. *in re Dipl. L. 2. C. 12.* officialium numerus,
 hactenus complures comprehendens, ad pauciores fuerat
 redactus, et quaternarius constitutus, retentis Senescallo, qui et
 Dapifer et Comes Palatii dicebatur, Constabulario, siue
 Marefchallo, Camerario et Pincerna: mox Regis ad exem-
 plum reliqui Germaniae Principes similes IV. officiales auli-
 cos sibi quoque adscribere coeperunt. Quo factum est,
 vt idem officialium numerus deinde in qualicunq̄ aule
 Ecclesiasticorum, siue Secularium Principum aula, adeo
 necessarius reputaretur, vt peculiari quadam Imperatoria
 sanctione, antiquissimis iam temporibus, eorum institutio
 vniuersis Germaniae Principibus praecepta sit et iniuncta.
 Talis est insignis illa de expeditione Romana constitutio
 ap. GOLD. *Const. Imp. Tom. I. p. 207.* quam iam ante Hen-
 rici nostri tempora a *Carolo Grassō* Anno 881. latam opina-
 „ tur *Goldastus l. c.* qua expresse cautum: Singuli vero
 „ Principes suos habeant officarios speciales, Marefchallum,
 „ Dapiferum, Pincernam et Camerarium. Neque aliud
 intendit totus titulus Iuris feudalis Sueuici: **Von Hofe-
 Recht Lehn**, Edition. SCHILT. *cap. 113.* vbi facta recensio-
 ne cines Truchses, Kämmerers, Marschalls und Schen-
 kens additur: Die Bischöffe und die Epte und die Eptis-
 sen, die gefürsten sind, die setzen auch in ihren Höffen
 Ambachtliut. Quid igitur, quaeso, exinde coniectare licet,
 quam eo tempore, quo coepit Episcopatus Bambergensis,
 necessi-

necessitatis fuisse, vt recenti Episcopo adderentur Marschallus, Dapifer, Pincerna et Camerarius, et Henricum, qui sollicitam de optime instituendo Episcopatu, eique, quantum in ipso erat, vbique prouidendo curam gerebat, etiam huic necessitati stabiliendi ministerii prospicere voluisse. Deinde, cum hodierno Electorum ministerio Bambergensi ortum et incunabula demus et concedamus necesse est, vt Henrici aeuo ac curae eadem denegare, et cuncta ad recentiora tempora reuocare velimus, nulla vrget necessitas, neque circumstantiae permittunt. Non omittenda enim est, quae multam huic controuersiae lucem accendit, ipsa huius instituti appellatio, *sericatum* D. CUNIGUNDAE filium audit, et quapropter Bambergam muro non esse cingendam, quod S. Cunigunda eam serico filo pro muro circumdederit, tradit ANDR. PRESB. *Chr. Bau.* ad a. 1435. Testantur hoc de cognomine omnes rerum Bambergensium periti, tanquam de re a maioribus, vt solent traditioes propagari, accepta, et cui peraeque fides habenda, ac si literarum monumentis fuisset tradita. Hinc nescio, quafuerit aliorum ratio mouens, vt, animo haec destruendi, filium Diuae Cunigundis in Monasterii vrbis Bambergensis, aut Monachorum precibus bonorumque operum praestatione contextum sibi persuaferint, HAHN in der Einleitung der deutschen Reichs-Historie, in *vita Henr. S. J. 10. Tom. II. p. 213.* aut, quod alii faciunt, vt idem filium reliqua Episcopatus Priuilegia, Circuli imprimis Franconici Directorium designare autumauerint, LVDEWIG ad *A. B. p. 906. et 914.* Nos potius ex ea denominatione, et forsan non male, deducimus, factum esse, suafu inprimis et consilio Cunigundae, vt Henricus II. Archi-officiales Imperii, aulae simul Episcopali ministros adscripserit. Cunigundam autem fuisse Augustam, Henrico Imperatori coniugali vinculo iunctam, adhuc in dubium nemo vocauit, et testimonio

no AVCTORIS *Vitae Henrici S. et NONNONII in vita Cunigundis* abunde confirmatur.

§. VIII.

Neque leuiore rerum circumstantiae pro eo militare videntur, quod ipsi in Imperio Archi-officiorum dignitatem gerentes, sub initio instituti Episcopatus ministerium Bambergense modo dictum suscipere non dedignati fuerint: Dependet enim et huius quaestionis decisio partim ab iis, quibus in antecedentibus vsi sumus, argumentis, nimirum, quod in hunc vsque diem Archiofficialium Imperii supremum Bambergense ministerium vulgato nomine filii fericati D. Cunigundae nuncupetur; Deinde, quod Henricus Imp. qui nihil magis curae cordique habebat, quam vt Episcopatum erigeret optimum, caeterisque praestantiorē, procul dubio simul de eodem bene conferuando sollicitus fuerit; huius optimi voti certe meliorem in modum compos haud fieri potuit, quam vt suos et Imperii Archiofficiales, Episcopo quoque ministros concederet, et hoc modo eosdem Praesuli necessitate quadam iungeret, vt pote quos nullo tempore splendore deficere, et praeterea tanta semper fore potentia, compertum habebat, vt in perpetuum Sedem Episcopalem sartam tectamque conferuare possent. Arcana insuper esse potuit huius negotii ratio, quam non incongrue coniicit LVDEWIG. *ad A. B. p. 902.* puta: Imperatorem, qui ob id, quod partem patrimonii Imperii in hunc Episcopatum impenderet, Principes Germaniae instituto aduersari, aut quod indies magis magisque in perniciem status Secularis, bona auferentur Ecclesiastica, aegre ferre intelligebat, eorum, Archi-officialium inprimis, animos sibi reconciliandi causa, erga ipsos quoque liberalem extitisse, hac tamen sub conditione, vt quas praedicto modo recipere ditiones, in feudum deinde impetrarent ab Episcopo. Addimus, quo haec Henrici munificentia

centia pronae, non coactae voluntatis speciem prae se ferret, ordinasse simul Imperatorem, ut palatinis seruitiis, Praefuli Bambergensi exhibendis beneficium demererentur. Neque pro temporum illorum ratione, et pietate id vlli Principum honoris dispendio ductum fuisse, cum Episcoporum Abbatumue ministeriis sese addixerunt, discimus exemplo Ducis Sueviae, Dapiferi olim Monasterii St. Galli, vid. GOLD. *Rer. Alem. T. 1. p. 18.* et Saxoniae Electoris, Kemtenensis Abbatiae quondam Pincernae, vid. LYNKER. *ad Cap. 25. A. B. p. 67.*

§. IX.

Supereff, ut argumentum, de quo supra mentionem iniecimus, a reuolutione Dapiferatus, Anno 1269. exorta, defutum, curatius inspiciamus. Commode satis exinde euinci posse arbitratur saep. cit. IO. PETR. a LVDEWIG *ad A. B. p. 903.* successu temporis demum euenisse, ut Archi-officia Imperii atque suprema Aulae Bambergensis munerata mixta sint et coniuncta, ob id, quod non nisi omni Hohenstaufenium prosapia extincta, Dapiferatum Episcopalem Comites Palatini Rhenani coeperint obtinere; imprimis cum accedat, quod nemo huc vsque vlli Sueviae Ducum Archi-dapiferatum vindicauerit, aut illum eundem iam ante haec tempora Comitibus Palatinis proprium fuisse negauerit, ideoque praedictos Comites Rhenanos Hohenstaufenibus eodem tempore in Archi-officio simul successisse statuerit. Verum, quod pace Viri illustri dixerimus nobis non aequae, ac ipsi, haec contrarium probandi gratia adducta, firmo satis inniti talo videntur. Primo enim quod quaestionem attinet, vtrum Sueviae duces obtinuerint olim Archi-dapiferatum Imperii nec ne, in affirmatiuam vtique esse transeundum contenderemus. Faciunt huc quae erudite admodum obseruauit Beat. a COCCII *Iur. publ. publ.*

publ. cap. 12. §. 5. superesse horum Franciae Sueviaeque Archi-officiorum vestigia, in officiis Regni Vicariis, Limburgiis et Waldburgiis; id enim arguere, Franciae et Sueviae Archi-officia Regni fuisse, cum fuerit in vtraque vicaria Regni officia. Iam vero quale sit, et ab antiquissimis temporibus fuerit illustrissimae in Sueuia Waldburgensium familiae officium haereditarium ac Regni Vicarium, neminem fugere arbitramur, cum illud idem ex ipso gentilitio cognomine, huic Domui proprio, statim innotescat, quo das *Hoch-Gräfliche Haus der Truchsesse von Waldburg* eadem ex ratione audit, vid. *Illustr. AVT. Des Europaeischen Herolds Erster Hauptth. 3ter Abs. 18. punct. p. 715.* Equidem scimus, factum esse demum vi expectatiuarum literarum, a Ludouico Electore Palatino Dominis de Waldburg An. 1538. concessarum, vt extinctis Dominis de Seldenec, vacuum S. R. I. Dapiferatum haereditarium recuperauerint laudati Comites de Waldburg, atque eodem titulo possessionis hodiernum retineant. Sed iam ante haec tempora, antiquiore nimirum aeuo, modo dictam Illustrem Waldburgensium familiam hocce Imperii Vicario munere functam fuisse, et nonnisi iure postliminii ad eiusdem functionem rediisse, contra eos, qui istud antiquum officium haereditarium quidem penes Waldburgenses, sed vnice intuitu Ducatus Suevici fuisse opinantur, probat Autor Deductionis in *BESOLDI Thes. pract. voc. Erb-Veinter p. 226.* Weil nun dieses Erb-Amt vor etlichen hundert Jahren dem Freyherrn von Waldburg gebühret, und von selbigen ohn ihr gnußsam Verschulden, auf andere Familias nach und nach gelanget, etc. conf. *ipl. BESOLD. l. c. et Europ. Herold supr. cit. loc. p. 717.* Qua de causa lubentes sententiae *COCCEII* subscribimus, et exinde non solum Duces Sueviae olim in dignatione Archi-officiali Dapiferorum constitutos

tutos fuisse colligimus, sed et facile admittendum esse censemus, eodem tempore, quo Henricus Episcopatum instituit Bambergensem, Sueviae Ducem Archi-dapiferatum gefisse. Nam qui fuerint Henrico S. Archi-officiales, integro catalogo posteritati traditum nullibi reperimus, nisi quod, nescio cuius, Erminoldi Cammerarii meminerit *DITMAR. MERS. L. V. l. c. p. 366. et in charta Henrici S. de Regalibus B. Petro concessis, sublesta tamen fidei, ap. BARONIVM T. XI. Ann. p. 47. et GOLDAST. Constit. Imp. T. I. p. 229. Ezo ipsius Imperatoris Infertor scil. ciborum, siue Dapifer audiat. Cum potius ab hoc tempore ad aetatem vsque Friderici I. Imp. raro vel prorsus nullam Archi-officialium fieri mentionem, recte moneat CONRINGIVS *Diff. Official. Imp. th. 13. et ad Lampad. P. III. c. 4.* Vnde euenerit, vt post destructam demum Hohenstauffensium familiam Palatini obtinuerint Bambergensem Dapiferatum, aequae facilis erit coniectura. Hoc enim omnes concedunt rerum Germanicarum gnari, Henrici S. temporibus imprimis, et his proxime infecutis, officia Palatina Germaniae haereditaria esse facta. vid. *COCCEI. l. c. §. 9.* Et ita etiam haereditario Iure, vsque dum penitus fuerant deleti Sueviae Duces, penes eosdem permanfisse administrationem Dapiferatus Bambergensis, exinde et ex adducto *GEVOLDI* Documento comprobare licet. Postquam autem iisdem Sueviae Ducibus sub Conrado III. Anno 1138. Regnum et Imperium Romano-Germanicum deferebatur, atque adeo, pro ratione istorum remporum, Archi-officium Sueviae vacabat contra intentionem ac mentem primi Auctoris, haec duo Imperii et Episcopatus officia fuerunt subiuncta, hoc scilicet a Sueuis, pro auctoritate, qua pollebant, retento, illo autem ad alios, forsan ad Comites Palatii Rhenanos, transmissio. Atque hoc modo fieri potuit,*

ficuti etiam euenit, vt non nisi post mortem vltimi e familia Hohenstauffensi Ducis, veluti iure accessionis, antiquum Dapiferatus accessorium principali suo, Archidapiferatui, iterum adiunxerint Comites Rhenani. Qua in re attendenda veniunt, quod Berchtoldus, Ecclesiae Bambergensis Episcopus, in Diplomate inuestiturae, ap. GEVOL-
DVM l. c. Ludouico, Comiti Palatino Anno 1269. de feudis et officio Bambergensibus concessio, verbis vsus fuerit, quae declararent, inuestituram hanc Palatino fieri ob bene merita, et de feudo libere ad Episcopum deuoluto; quae tamen verba nostrae sententiae e diametro aduersari, idem opinatur *illustr.* LVDEW. l. c. Nam et hoc Praefuli inuestienti quodammodo indulgendum erat, vt de munificentia sua et libera agendi facultate, quaedam pro more Clericorum erga Vasallum iactaret, quae praeterea in veritate fundata esse, minus tamen iuste sibi persuasissimum haberet poterat.

§. X.

His igitur remotis, et potioribus argumentis demonstratis, BRVSCHII et aliorum tradita hac in parte pro veris agnoscere, amplius non dubitamus, et in ea sumus sententia, a primis statim Episcopatus Bambergensis incunabulis, Imperii officiales ministrando eidem adstitisse, ita tamen, vt immutatis Archi-officialium familiis, ad hos quos hodie cernimus in Electorali dignitate constitutos, haec eadem officia suprema Bambergensia peruenisse statuamus. De Palatino iam dictum est. De Brandenburgensi autem Marchione et Bohemiae Rege affirmari poterit, vbi primum ad Archi-officiorum in Imperio exercitium peruenerunt, ad eos necessario, et ipso iure, absque vlla noua Constitutione, pertinuisse simul feuda et officia Aulae Bambergensis; At Saxoniae Duces vnicos fuisse, qui haud interrupta serie a primis

primis Ecclesiae Bambergensis initiis ad nostra vsque haec tempora suo supremi Mareschalli officio functi sint, infra demonstrabimus. Quo vero tempore Germania nostra mutationes illas in Archi-officialium munere fuerit experta, ex sequente forsan satis bene dignoscetur rei enarratione. Nimirum ab initio sub Saxonicae stirpis Imperatoribus admissi sunt ad Archi-officia Bauariae, Sueviae, Franconiae, Saxoniacque Duces, testante solenni illa festiuitate qua Otto III. Imp. Paschatos festum Quedlinburgi peregit, ap. DITM. MERS. L. 4. inter Leibn. script. rer. Brunsw. „p. 349. Quatuor ministrabant Duces, Henricus (Bauariae) ad mensam, Conradus (Allemanniae) ad Cameram, „Hezilo (Franconiae) ad Cellariam, Bernhardus (Saxoniae) equis praefuit. Quibus verbis, vti dictum est, Conradum Sueviae, et Hezilonem, Franconiae Ducem, Conradi nimirum Imp. II. Salici patrem designari, satis aperte testatur WIPPO *in vita Conradi p. 425.* Erant duo Chuno-nes, quorum vnus (Conradus Salicus Imp.) quod maioris aetatis esset, maior Chuno vocabatur, alter autem „iunior Chuno dicebatur, ambo in Francia Teutonica nobilissimi ex duobus fratribus nati, quorum alter He- „tzel, et alter Cuno dictus est, etc. contra sententiam aliorum, COCCENI imprimis, qui l. c. §. 6. Hezilonem Comitem quendam interpretatur Palatinum, et hoc tempore Francum desuisse officii Imperii fungi, opinatur. Sed mox subinde Franconiae Ducibus ad Imperium promotis, adeoque eorum officio vacante, Bohemiae Duces ad id adsciti videntur, ita vt non procul a scopo aberrasse censendus sit DVBRAV. L. 9. *Hist. Boh. in fin.* qui Bretislao id circa Ann. 1037. iam tribuit; Deinceps autem, cum sub Lothario II. Bauaria Saxoniae iungeretur, et vtraque Henrico Superbo daretur, quartum tunc vacauit officium, ideoque Branden-

burgicus Marchio ad idem admissus est. Et hoc modo intelligi debet, quem de Archiofficialibus Friderici I. Imp. „fecit mentionem ARNOLD. LVBECENS. *Chron. Slav.* „L. 3. c. 9. Officium Dapiferi seu Pincernae, Camerarii „seu Marechalli, non nisi Reges, vel Duces aut Marchiones „administrabant; Dux scilicet Bohemiae a Frid. I. Rex factus, Duces duo Saxo et Rhenensis, in quo Palatinatus et Ducatus Bauariae coniuncti, et Marchio tandem Brandenburgensis. Quae cuncta a nobis hunc in finem paulo fusius fuere explicata, quo facilius quilibet intelligere queat, qui fuerit officiorum Bambergensium progressus, quae mutationes, et quo ordine illud idem Bambergense ministerium in Electorum familiis ad nostra vsque tempora fuerit continuatum, intercedente nimirum omni tempore arctissima vtriusque Imperialis et Episcopalis officii coniunctione.

§. XI.

Ita quilibet Archi-Principum Imperii antiquorum, ex ordine secularium, sua obrinuit suprema aulae Bambergensis munera; Verum quibus ea propter dotatae sint feudis, et quibus aliis emolumentis gaudeant, iterum non leui scriptorum dissensu ac designationis varietate inuolutum est. Qui Electoralem dignitatem a Bambergensi in feudum esse recipiendam persuasum sibi habuere, ipsas saepe Electorales ditiones huius beneficii obiectum esse, e priori deduxerunt errore, quod e superius adductis poterit constare. His adnumerandi sunt, qui vnus cuiusuis Electoralis terrae metropolin huc saltem spectare propugnant, et ita Pragam, Berolinum aut Custrinum, Wittebergam, et Ambergam vel Heidelbergam nobis indicant. GOLDAST. *L. 3. de Regn. Bohem. cap. 7. §. vlt.* quorum sententiam amplexus est GASTELIVS *de statu publ. Europ. cap. 15. §. 16.* Wie denn die alte Stadt Prag zu den Bambergischen Erb-Schenk-

schen-Amt gehörig. Auerbach aber, Wittenberg und Cü-
 strin zu denen andern 3. Bambergischen Erb-Aemtern, und
 deren gebührenden Vertretung, von den alten Churfürsten
 gewiedmet seyn sollen. Quid amplius de singulis dicen-
 dum sit, sequentibus accipe: De Bohemia THVLEMARIVS
de Ockou. c. 20. §. 28. Goldatum secutus est, nixus inpr-
 mis autoritate DITERICI in *Imp. Henr. II. §. 8.* qui de
 litteris, quas vocant reuerfalibus, Regis Bohemiae sibi com-
 municatis testatur, vbi: Das Schencken-Amt mit allen sei-
 nen Ehren, Rechten, Würden und Gerechtigkeiten, auch
 die alte Stadt Prag, mit aller ihrer Zugehörung. De
 Palatini vero feudis certiores nos reddere videntur literae
 „ inuestiturae de An. 1269. a GEVOLDO *de sept. c. X.* pu-
 „ blici iuris redditae, in quibus speciatim recensentur Dapi-
 „ feratus cum omnibus iuribus, dignitatibus ac honoribus,
 „ prout inclytæ recordationis Fridericus, Romanorum Imp.
 „ ac Ecclesia tempore Ecberti, Bambergensis Episcopi, te-
 „ nuit, cum omnibus feudis ipsi officio annexis etc. Feuda
 autem sunt haec: Harsbruck, Vilsek, Auerbach, Paegenz
 et Velden, quibus alii Villam Amberech superaddunt. At-
 que, haec loca ad Sueviae Duces, dum Dapiferatum gere-
 rent, spectasse, vterius commonstrat Diploma Wenceslai,
 Bohemorum Regis, ap. *eund. GEVOLDVM l. c. c. 9.* Rex
 „ Conradus (sc. IV.) Pater Conradi praedicti (vulgo Con-
 „ radini) a Bambergensi Ecclesia habuit infeodata Hers-
 „ brukke, et Vilsekke, Ambergh, Auerbach, cum castro
 „ Hohenstain. Ast nominata oppida Hersbruck, Hohen-
 stain, et Auerbach, ad Imperium immediate feudali titulo
 pertinere, contestatus est Rupertus, Palatinus Elector, literis
 d. Anno 1354. ap. GOLD. in *den Böhmisschen Beslagen*
p. 176. et 185. et hodie Hersbrück, Págenz et Veldenz in
 Dominio esse Reipublicae Noricae, vt et Aurespacense ca-
 strum

strum ad Bauariae Duces pertinere, atque Vilsicum ipsum Bambergensem retinuisse asserit idem GOLD. l. c. p. 325. cum et Ambergam Bohemiae feudum aliquando fuisse reputatam, colligi poterit e Iuramento Frid. III. Elector. Palat. An. 1559. Ferdinando Regi Bohemiae praefito, ap. GOLD. in den Reichs-Handlungen p. 193. Quin imo eandem Dynastiam Bauariae Duci a Bambergensi Praefule in feudum concedi, idem contendit GOLD. l. ant. cit. p. 326. Quod porro attinet ad feuda Serenissimo Saxoniae Electori ab hac Ecclesia impetranda, nemo, quod sciamus, praeter LIMNAEVUM, de iis distincte et peculiariter commemoravit, ipse autem Capit. Carol. V. verb. Erzh-Truchses, p. 123. ait: „opera amici edoctus sum, Iohannem Georgium Electo-
 „rem Saxoniae An. 1623. d. 19. Octobr. ab Episcopo Bam-
 „bergensi inuestitum fuisse mit dem Ober-Marschalls-Amt
 „des Kayserlichen Stifts Bamberg, und dessen Zugehörun-
 „gen, Wittenberg, Schloß und Stadt, Mühlberg Schloß
 „und Stadt, beede an der Elbe gelegen, Lüben dem Schloß
 „und deren Dörffern, Berstatt, Allendorff, Weißig und
 „Gabgast mit allen und jeglichen Zugehörungen, nichts aus-
 „genommen, wie denn solche Stück dem Churfürsten von
 „Sachsen, von des Bischoffs Vorfahren ant Stift gelie-
 „hen worden. Ex quo deinde reliqui omnes sua propaga-
 runt. Omnium autem maxime sunt incerta feuda, Branden-
 burgi Electori hoc nomine competentia. Litteras inuestitu-
 rae binas de Anno 1464. et Anno 1652. iisdem Marchioni-
 bus datas, ex Archiuo Electorali exhibet KNICHENIUS
 Oper. Polit. L. 2. P. 3. Sect. 2. v. 1. §. 16. p. 272. seqq. et
 de Anno 1475. recenset LIMNAEVUS l. c. quibus de supre-
 mo Camerarii Episcopatus Bambergensis officio, et omni-
 bus eidem annexis emolumentis Electores Brandenburgici
 inuestiti leguntur; sed quae sint partes et feuda eo perti-
 nentia,

nentia, vtrumque Dominum directum vtilemque adhuc fuisse, ostendit tenor memoratorum instrumentorum, quibus haec semper clausula: Es soll auch Churfürstl. Durchsl. getreuen Fleiß ankehren, zu erfahren, was die Stücke seynd, so zu dem genannten Cammer-Amt gehören, und was er davon erfahren wird, soll er dem Bischoff zu Bamberg zu wissen thun, welcher dieselben alsdenn in einen neuen Lehn-Brief setzen lassen solle, conf. Europ. *Her. Edit. sec. p. 341.* Equidem Palatium, in vrbe Bambergen situm, vulgari nomine curia Brandenburgensis dictum, suo muneri annexum asseruerunt aliquando Electores; Ast reposuit Episcopus, appellationem illam praedictae Curiae non aliunde ortam, quam quod Capitulares olim duo Brandenburgici Marchiones inibi degerint, sicuti etiam aream quandam Urbis Bambergae de commodis et possessionibus Cammeratus esse negavit. Ex aduersa parte ditiores Franconiae Braunecenses, aut Brandenburgam, Marchiae eiusdem nominis oppidum, pro feudis Bambergenfibus neutiquam agnoscere voluerunt Electores Brandenburgici, vtut id contenderent Episcopales, quoniam constaret feuda esse Imperio immediate subiecta, vid. *KNI-CHEN. l. c. cui iunge saep. cit. a LVDEWIG ad Aur. B. p. 205.*

§. XII.

In tanta igitur rerum obscuritate et designandorum feudorum varietate forte assentiendum foret illustr. *LVDEWIG l. c. p. 212.* qui nexum feudalem Episcopum inter et Electores intercedentem, non solum nullo vnquam tempore vltra sola munera Palatina processisse putat, sed et hodie in iisdem vnice omne vasallagium absolui autumat; quare quicquid de feudis, officio Bambergenfi annexis, proferri
 D solet,

folet, fictitium omni ex parte reputat; ita quidem, vt *B. Iob. Leuberum*, IOH. GEORGII in hac feudorum petitione Prouasallum, ad cuius testimonium LIMNAEVS *l. cit.* provocauit, nimiae arguat credulitatis, et quod sibi de feudis Bambergensibus imponi passus fuerit, eundem taxet, atque deinde Curiae Bambergensis, in literis feudilibus Brandenburgicis, commonstratae incertitudini insistens, ad suam opinionem saluandam superaddat: id in dedecus et opprobrium vertendum fuisse Electoribus, si non nisi lucratio titulo ad munera haec pia voluissent accedere. Sed liceat breuius nostram hac de re proponere sententiam. Primo omni tempore sine vlllo loci et honoris detrimento Electores et alios Germaniae Principes feuda ab Ecclesia recepisse, plurima commonstrant exempla. Deinde antiquissimo Germaniae ritu feuda in compensationem feruitorum palatinorum aequae ac militarium fuisse loco salarii concessa, testatur feudorum origo, testantur *tituli Juris Feudalis Alemannici et Saxonici*, von *Ambachtmanneß-Lehn*, und *Hof-Recht-Lehn*. Quare vt in his officiis ab vniuersali Imperii consuetudine recessum fuisse dicamus, fundamentum non adest. Hinc alia ratio subesse debet, quae, quo minus de accurata quadam ac rotunda feudorum Bambergensium consignatione certo constet, in causa est. Putarem eandem in diuersis vario tempore exortis officialium immutationibus esse quaerendam, quae, quantum apparet, ita semper acciderunt, vt officia quidem transmitterentur ad alios, feuda autem iis annexa non aequè. Exemplo esse possunt ipsi S. R. I. Ducatus, quibus Archiofficialium dignitas olim inhaesit, puta, Suetuia, Franconia et Bauaria; in his enim alia successio fuit Dominorum Territorialium, alia autem Archiofficialium, sicuti supra plenius est demonstratum. Similem igitur in modum etiam officio-

officiorum Bambergensium reuolutiones contigisse, concipe, atque habebis nodi Gordii solutionem. Haec ita intelligi volumus, vt cuncta, quae de familiarum in officiis variationibus *s. ant.* diximus, huc repetantur. Ita enim Franconiae Ducibus, Regium diadema adeptis, in vacuo hoc Franconiae Archi-officio successerunt Bohemiae Duces, qui Bambergensem Pincernatum eodem tempore obtinuerunt, sed mansit penes antiquos Duces non solum omnis Ducatus, sed et quae ipsi iam addita, et, vt vulgo dicere amant, incorporata censebatur terra Bambergensis. Ditionibus enim semel acquisitis Principes deinde aegre cedere, omne nos docuit aevum. Atque hoc modo Bohemum, praeter clientelarem Pincernae titulum, nihil, quod Bambergensem Ecclesiam spectaret, acquisuisse putamus. De Brandenburgensium Marchionibus idem dicendum erit, vtpote quos tardius ad officia Imperii aequae ac Bambergensia accessisse, supra demonstrauius. His Marchionibus, Saxone duorum Ducatum Domino facto, alterum eius officiorum Imperii, Bauaricum, vna cum annexo Bambergensi munere cessit, et Bauariam omnem, nec non Bambergensia feuda procul dubio ipse retinuit Saxoniae Dux, Marchionibus solam officiis fungendi gloriam relinquens. Neutri igitur horum, quamuis Ecclesiae officialium, praeter nudum Tituli usum aliquid e re Bambergensium obuenerit. Et hanc quidem ob causam omni prorsus Bambergensi beneficio vacui manserunt, cum alii, rerum primordia non contemplant, et egestati succurrere volentes, modo hanc, modo illam, vel Bohemiae vel Marchiae Brandenburgensis partem pro feudis Bambergensi muneri annexis ventilarint. At boni illi viri non considerarunt, ab initio instituti Episcopatus, Bohemiae Marchiaeque Dominos in numero officialium neququam fuisse, multo minus in eorum territoriis

feudum hoc nomine constitui potuisse. Fluit enim ex dictis, quicquid de veteris Pragae inuestitura in medium proferri solet, supposititium esse, et nullo vnquam tempore Electoralem Brandenburgicam, nunc Regiam domum, de suis Bambergensibus feudis certiozem reddi posse, cum in vtroque Bohemiae et Brandenburgii munere acquirendo, feudalem terram reuera nullam adfuisse, satis, quantum in re tali licet, probatum sit. Palatinus autem prosperioribus auspiciis sui muneris functionem Anno 1269. aggressus est, ob id, quod ipsi Dapiferatus Bambergensis morte vltimi Sueviae Ducum, fuerit apertus, et adeo amplius non extiterit, qui acquisitioni feudorum obstaret, aut ea, officio dimisso, sibi conseruare appeteret. Quapropter nulli dubitamus huius Principis titulum rerum feudaliū optime esse fundatum, quando ad Diploma istud supra cit. *apud GEVOLVDM de Septem-Vir. Cap. 10.* prouocatur. Licet enim, procedente tempore haec rerum facies plane fuerit immutata, atque loca ibi consignata hodie aliis pareant Dominis, aut aliunde in feudum petantur, valide tamen inde concludi nequit, Anno 1269. quo accessio Dapiferatus Palatinis obuenit, feuda ista eandem obtinuisse conditionem; potuerunt enim haec cuncta oppignorationis, venditionis, aut quocunque demum alio alienationis titulo dissipari, et quod ex iis reliquum fuit, vel Imperii vel alius Dominio directo accenseri, atque hoc modo primi inuestientis beneficia obliuioni tradi; quod in plerisque aliis Germaniae feudis contigisse compertum habemus. De Saxoniae Ducibus res clarior ac certior esse debet, cum soli ac vnici sint, qui Archi-officiorum dignitatem sub Ottonibus Imperatoribus iamiam nacti, eandem suo Ducatui annexam ac semper propriam ad nostra haec tempora feliciter conseruauerunt. Ex quo promanat, officium Bambergense, Henrici temporibus susceptum,

ptum, et Archi-officio adiunctum, atque in iisdem Ducum Saxoniae familiis, licet vario tempore commutatis, perpetuo fuisse continuatum. Et hoc modo salua, incolumis et integerrima retineri potuit feudorum a Bambergensi Praefule concessorum possessio. Nam quae Saxoniae alias non infrequentes fuerunt Principum variationes, et Ducatus distractiones, forte fortuna eam partem, qua Bambergensia continentur feuda, non attigerunt, cum illa ipsa est, quae Electoralem Saxoniae Districtum hodiernum constituit. Inde est, quod de Saxoniae Electoris officio ac feudis Bambergensibus, maiori fiducia et rerum certitudine quam de reliquis, quaedam in medium proferre ac statuere nos posse, putemus; praesertim cum copia nobis facta sit Diplomatis inuestiturae Anno 1692. peractae, cuius tenorem integrum, vel quod LIMNAEI recensio confirmat, vel quod rem plenius ostendit, hic subiungere, et primum publici iuris facere, non haesitamus. En itaque exemplum:

Bambergische Belehnung.

Der Durchlauchtigste Fürst und Herr, Herr Johann Georg der Vierdte, Herzog zu Sachsen, Jülich, Cleve, und Berg, auch Engern und Westphalen, des Heiligen Römischen Reichs Erztz-Marschall und Chur-Fürst, Land-Graff in Thüringen, Marggraff zu Meissen, auch Ober- und Nieder-Lausitz, Burg-Graff zu Magdeburg, Gefürsteter Graff zu Henneberg, Graff zu der Mark, Ravensberg und Barby, Herr zum Rabenstein u. hat Donnerstag, den Siebenzehenden Monaths-Tag Julii, in Sechzehen Hundert, und zwey und neunzigsten Jahre, durch den Hochedelgebohrnen Herrn Christoph Dietrich Bosen, Ihrer Churfürstl. Durchl. Kriegs- auch Legations- und Appellation-Rath, von dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn, Herrn Marquard Sebastian, Bischoffen zu Bamberg, des Heil. Römischen Reichs Fürsten u. in

Ihrer Hoch-Fürstl. Gnaden Residenz, den Geyerzwerth genant, empfangen lassen, das Ober-Hof-Marschall-Amt des Stifts Bamberg, und was darzu gehöret, auch Wittenberg Schloß und Stadt, Mühlberg, Schloß und Stadt, Beede an der Elbe gelegen, Trebiß das Schloß und Dörffer, Berstedt, Ulfendorff, Weißig, und Labgast, mit allen und ieglichen ihren Zu- und Eingehörungen, nichts ausgenommen, wie denn solche Stücke vormals denen Herren Churfürsten von Sachsen, Ihrer Hochfürstl. Gnad. Herren Vorfahren am Stift Bamberg geliehen haben, darbey sind gewesen die Hochwürdige, Reichs-Frey-Hoch-Edelgebohrne, Wohl-Edele, Best und Hochgelahrte Herren, Herr Johann Philipp von Franckenstein, und Johann Wolffgang von Wallenfels, des Kaiserl. Hoch-Stifts Bamberg, dann der beeden Avelichen Ritter-Stifter zu St. Burghardt und Würzburg, auch Lamburg, respectiue Capitularn und Cantorn, wie auch Herr Ober-Hof-Marschall, Wolff Philipp von Schrotenberg, Herr Vice-Cansler, Hieronymus Carolus Karg, beeder Nechsten Doctor, Herr Ober-Schultheiß, Ernst Damian von Weithershausen, Herr Lic. Johann Joachim Eppenauser, und Lic. Johann George Böttinger, Lehn-Probst, Ihrer Hoch-Fürstlichen Gnaden respectiue Geheime und Hof-Räthe,

Actum ut supra.

Daß vorbemeltdte Belehnung also vorgangen, thue hier mit meiner eigenen Handschrift und vorgedrucktem Petschaft bekennen.

(L. S.) Hieronymus Carl Karg.

§. XIII.

Admonuimus praeterea paragrapho superiori quarto, S. R. I. Electores in fungendis Ecclesiae Bambergensis muneribus,

neribus, peculiare suos habere officiorum Vicarios. Neque id vt multis comprobemus necessarium est. Testantur ea de re omnes fere Autores, qui hanc Iuris publici materiam vel leuiter attigerunt, inprimis conf. LIMN. *Lib. 3. Iur. publ. c. 7. §. 78. et ad A. B. cap. 27. p. 573.* CONRING. *de Republ. Exercit. 10. th. 26.* STRAVCH. *Diff. Exor. 3. th. 12.* EVROP. *Herold l. c. VITR. Inst. Iur. publ. L. 1. tit. 14. §. 15.* Comuni nomine sedis Episcopalis Bambergensis subofficiales, des *Stifts Bamberg Unter-Beambte* nuncupantur, quorum proinde subofficium certis Franconiae Nobilium familiis hereditario iure assignatum est. In his designandis alii aliter sentiunt. MARTINVS HOFFMANNVS *L. 1. Ann. Bamb. l. c.* a Brandenburgico Sueinhauptenses, a Palatino Pommersfeldenses, a Saxone Künstadienses, a Bohemo demum Rotenhanios surrogatos esse existimat, in quo tamen quodammodo falsus fuit; sicuti et GASTELIVS *de stat. publ. Eur. rap. 8.* errat, qui loco Marechalli Nobilis ab Ebnet, Loeseriam gentem, Marechallatus in partibus Electoratus Saxonicus haereditariam, supposuit. Genuina autem eorum consignatio haec est, vt Bohemiae Rex Pincernam nobilem de Auffatz; Palatinus Elector, Dapiferum de Pomerfelden; Saxoniae Dux Marechallum de Ebnet, et Brandenburgicus Marchio nobilem de Rotenhan habeant vicarias officiorum partes gerentes. Incumbit ipsis primario vi huius substitutionis, vt loco principalium et supremorum ministrorum seruitia et officia aulica Bambergensium Episcopo in eius solenni curia exhibeant; EVROP. *Herold p. 341.* quapropter etiam certis fruuntur emolumentis et priuilegiis, a Pontifice Bambergensi ipsis praestandis, quae tamen male opinantur alii in eo consistere, vt per subinfundationem ab Electoribus recipiant, quae ipsis olim a Bambergensi concessa fuere feuda, sicuti vult LIMN. *L. 3. jur.*

jur. publ. c. 7. n. 77. cuius opinionis vanitatem optime ostendit *Illustr. LVDEW. ad A. B. p. 911.* Equidem in quo spectatim consistant haec generosissimorum subofficialium privilegia, emolumenta et praerogatiuae, nullibi distincte et accurate conscriptum reperimus, neque nobis de singulorum iuribus ea ex causa ita constare potest, vt fide digna et certa in medium proferre queamus: Quapropter reliquos silentio praetereuntes, vnice Saxonici subofficialis obligationes et praestanda, nec non eidem propterea competentia iura ac emolumenta, ipsis iterum inuestiturae literis, An. 1694. *Georgio Christophoro ab Ebnet* concessis, sistere malumus, quarum haec series:

Den 13. August Anno 1694. ist George Christoph Marschall von Ebnet auf würeklich geleistete Erbhuldigung und Lehns-Pflicht, welche Salomo Lichtenegger, Churfürstlicher Sächsischer Hof- und Justicien-Cansley Secretarius, Krafft überreichter Vollmacht in desselben Seele geschworen, mit dem Marschall-Amte des Stifts Bamberg, samt dessen Zugehörungen und Gerechtigkeiten (darüber er zugleich ein besiegelt Verzeichniß empfangen, und darob festiglich halten, auch darvon nichts entziehen lassen soll) besage der Lehns-Briefe beliehen worden, Sign. ut supra.

Folgen die Zugehörungen und Gerechtigkeiten des Marschall-Amtes an Stift Bamberg.

So ein neuer Bischoff wird, so soll er dem ältesten Marschall schreiben sein Amt zu verdienen, und das Pferd darauf er reitet, soll des Marschalls seyn, und der Marschall soll zu dem Einreuthen bey der Fütterung seyn, und was Haser nach der ersten Nacht seines Einreuthens auf den Boden, davon man gefüttert hat, überläufft, soll des Marschalls seyn. Item wenn je ein Bischoff sein Lehn und Regalien von einem Könige

Ädnlige empfangen will, oder sonst grosse Samtage oder Fürsten-Tage werden, darzu soll je ein Bischoff den Marschalln fordern sein Amt zu verdienen, er soll auch alle Nacht bey der Fütterung seyn, und was da Hafer überläufft, ist des Marschalls.

Item so ein Bischoff zu Felde leit, oder seinen Feld-Zug hat, sollen alle Hengste und Pferde, so geantwortet werden, folgen, und bleiben dem Marschall, so man aus den Feld-Lager zeucht, soll alles Fleisch, Hafer, Brod, Wein, und alle Kost des Marschalls seyn. Item dieweil man zu Felde leit, sollen alle Plätze, was sie ertragen, des Marschalls seyn, des halber alle Platz-Meister, Heer-Schreyer und Freyheiten im Stiffte dem Marschall geloben, und schweren. Item dieweil man zu Felde leit, oder ein Bischoff sonst reiset, oder Kasse nehmen liesse, soll der Marschall sein Amt verdienen, und was Kasse unter seinen Fähnlein genommen werden, die gescheckt seyn, doch schwarz und weiß, sollen den Marschall folgen, und bleiben.

Item der Marschall soll geleithen und wägen, und das Geleithe-Geld soll sein seyn. Item so der Marschall kommt, da ein Bischoff ist, soll man ihm Futter und Kost vollkommenlich geben, und ein Bischoff soll seinen Erb-Marschalln an seinem Hofe lebend, dem soll er alle Wochen 2. Fuder Holz führen lassen in seinen Hofe, darzu ein Marschall-Amt gehört. Item so ein Abt oder Aebtin ihr Lehn von einem Bischoff empfangen, oder sie bestätigen, soll vom Abt oder Aebtin dem Marschall ein Marck Silbers werden, und der Cantzler soll dem Bischoff nicht hinaus geben, so lange dem Marschall nicht das Silber entrichtet ist. Item an allen Überfürthn des Meyens und anderswo, soll man den

E

Mar-

Marschall und alle die seinen ohne Silber und Gold überführen. 2c.

§. XIV.

Hicce igitur explosis, reliquum esse videtur, vt ultimo loco quaedam de ipsa feudorum Bambergensium natura, quantum scilicet ad intellectum Iuris feudalis facit, adiciamus. Prima quae hoc loco quaestio moueri solet, ab ipsa feudorum constitutione et origine desumitur, num fuerint ista data an oblata? Oblationi nonnulli suffragari amant, quod Principes laicos antiquiori aevo superstitione ductos, partem patrimonii ecclesiis obtulisse, iterum ab iisdem in feudum recepisse, et ea propter palatina seruitia exhibuisse satis superque notum sit. HAHN. *in vita Henr. S. p. 213. §. 10.* et Generos. BERGER *in append. annot. ad Coccei. Ius Publ. lit. C.* Nosstram sententiam in superioribus ex parte iam iam exposuimus, nimirum ipsius Imperatoris Henrici II. munificentiae ac liberalitati tribuendum esse, quod haec beneficia ad Electores peruenerint. Dedit et concessit ille Archi-Principibus bona ex proprio patrimonio selecta, hac tamen lege, vt in iisdem Episcopi et Ecclesiae Bambergensis Dominium directum agnoscerent. Comperimus, haec ita peracta esse, ex feudis, Serenissimis Saxoniae Electoribus, hoc titulo, competentibus. OTTO I. *Imp. enim HERMANNVM Billungium Anno 960.* Saxoniae Ducem constituens, ipsi solummodo septentrionalem totius Ducatus partem, trans Albim, contra Danos Slauos ac Vandalos defendendam subiecit, reliquam sibi conseruauit, vt probant CRANZIUS *in Saxon. L. 4. c. 15- et 16.* HENRICVS MEIBOMIUS *in Vindic. Billung. p. 41.* inde huic *in historia Bardeuici* Hermannus saepe *Dux Aquilonialis*

lonialis dicitur. Ad Ottonis igitur non Hermannii Ducatum spectarunt oppida deinde intuitu Bambergensis officii, Saxoni in feudum data. Quapropter Bernhardus siue Beruo I. praedicti Hermannii filius, et ille idem, qui sub Imp. Ottone III. Archi-mareschallatum aequae ac sub Henrico Sancto ad mortis annum usque 1011. gessit, testibus DITM. MERSEB. L. 2. et L. 4. ap. *Leibn. p. 349.* et AVTORE CHRONICI VERDENS. apud eundem *Leibn. Tom. 2. p. 214.* cum Wittebergam, Muhlbergam, et reliqua castra ac villas beneficiario titulo acquireret, eadem non nisi ex Henrici S. transmissione et donatione, utpote qui cognato Ottoni III. Anno 1001. in Imperio et reliqua Saxoniam successit, accipere potuit. Hinc sicuti Saxoniae Duci feuda per dationem obuenerunt, ita et reliquos Episcopi officiales eodem modo sua impetrasse censemus. Sunt itaque haec feuda data, sed ita intelligenda, ut peculiari modo datio obtineat. Non enim ex beneficio proximi Domini directi, Bambergensis Antistitis, sed ex liberalitate, ceu dictum est, ipsius Imperatoris, bona haec feudalia data et concessa sunt. Ut ideo male non iudicauerint, qui, Episcopi inuestientis respectu, feuda data esse, admittere nolunt, utpote cuius intuitu eadem certo modo pro oblati ventilari posse, ipsi agnoscimus. Forte inde est, quod eam obligationem non omni ex parte debeant Electores Praesuli, ad quam alias Vasallos suo Domino adstrictos esse cognoscimus, et quod ipsa haec feuda hodiernum sub Imperiali inuestitura simul Electoribus concedi, nonnulli sustineant. Porro sicuti in plerisque feudis, ubi Vasalli in altiori dignitatis gradu ac ipsi seniores constituti sunt, fieri solet, ut accipiens perque substitutum et sine iuramento ad inuestituram accedat, quae proinde feuda iniurata siue non iurabilia

iurabilia a Iuris feudalis Doctoribus dicuntur; vid. 2. *F. 3.*
in fin. ita etiam feuda Bambergensia ab Electoribus eo pa-
 cto acquiruntur, vt sine fidelitatis iuramento recipiantur.
 Sic de inuestitura Saxonica apud LIMNAEVM *ad Capit.*
Carol. V. Proem. verb. Erz-Truchses, pag. 123. haec
 leguntur: Es hat der Churfürstliche Abgesandte dem Bi-
 schoff ohn alle Pflicht-Leistung, allein ein Handschlag ge-
 than, und mehrers nicht, mit angeführter Erklärung,
 daß er wegen ihrer Churfürstlichen Gnaden zu Sachsen,
 diese Belehnung acceptire, allermassen die vorfahrende
 Herren Churfürsten zu Sachsen hochlöblicher Gedächtniß,
 die vom Stifft Bamberg lassen empfangen; und zweiffle
 nicht, Ihro Churfürstliche Gnaden, werden um des Her-
 ren Bischoffs Fürstliche Gnaden solches mit Freundschaft
 erkennen, und dem ganzen Capitel und Stifft gnädigen
 Willen zu erzeigen, geneigt seyn. Confer. ab EYBEN.
Elect. Iur. feud. cap. 11. §. 9. Id praeterea cogniti iuris
 est, quod regulariter in feudo Domino ius competat exi-
 gendi seruitia feudalia in persona, non per substitutum. 2.
F. 26. et 55. I. F. Alem. c. 87. I. F. Saxon. c. 46. sed et
 in hac parte feuda Bambergensia a regulari natura recedunt,
 et seruitia palatina Episcopo non aliter nisi per Vicarios
 exhibentur, testantibus literis Inuestiturae, Marechallo
 Vicario datis, & §. super. adductis, conf. *VITR. Inst.*
Iur. publ. L. 1. tit. 14. §. 15. quare hac de re disertis ver-
 bis testatur *EVROP. Her. p. 231.* wenn es nun ein Bi-
 schoff verlangen solte, die Hoff-Ministeria zu erfordern,
 müsten die Pfister-Lehn-Leute solche verwesen und aufwart-
 ten, ohne aber daß die Churfürsten etwas darvon wissen
 oder erfahren, oder auch Theil an solchen Hoff-Diensten
 nehmen solten; es würde auch sehr ungleich gedeutet wer-
 den,

den, wenn ein Bischoff etwas mehr fordern wolte, als das Herkommen mit sich bringet. Vt male igitur iudicauerit MARTIN. HOFFM. *Libr. I. Ann. Bamb. l. c.* Principes Electores feuda haec recipere ea fide, quae Domino feudi debetur, et eidem ita obligari, vt maxime in celebritate, illa, qua recens electus Episcopus cum apparatu splendoris, diffimo urbem de more primum intrare solet, comitandi, et deducendi gratia praesto sint, et suo quilibet munere, functus, tantae Ecclesiae Maiestatem auctoritate sua et fulciat, et administranti illi subseruiat. Denique, quoad successionem feudalem, et hoc notandum venit, ex hactenus deductis luculenter satis constare, feuda Bambergensia quoad successionem ordinem sequi Electoratum, vt proinde Praefuli Bambergensi extinctione familiae Electoralis feuda non aperiantur, sed adstrictus sit eadem relinquere ei, cui Electoratus denuo conceditur; quare iure expectationis super eadem constituendi plane destituitur. Item, circa modum amittendi, ob feloniam aliumue, ulterius exinde colligere licet, dispositionem Iuris communis hac in parte quiescere, et Electores non nisi facto, quo ipso Electoralia feuda amittuntur, Bambergensibus excidere. Inde forte euenit, vt renouationis feudi, praesertim si ex parte Domini successio vel mutatio contingit, non omni tempore ratio ac cura habeatur, de quo legi merentur, quae ex Archivo Berolinensi scriptis consignauit KNICHEN. *oper. Polit. Part. 3. Sect. 2. cap. 2.* Es wird auch so genau auf Churfürstl. Seite nicht genommen, daß bey allen Fällen so sich mit den Bischöffen zutragen, die Renouation der Bischöfftlichen Lehen dürffte gesucht werden; Man hat ihnen aber dieser Seits deßhalb nichts gestanden, sondern nur wenn sich ein Fall an Churfürstlicher Seite begeben, alsdem

alsdenn die Renouation der Bischöflichen Lehen durffte
 gesuchet werden; Wie denn, was Sachsen und Pfalz hier-
 unter thäten, keinen andern praeiudiciren könnte. Id prae-
 terea cuiuslibet facile apparet, feuda Bambergensia, ex eo
 quod sint palatina, impropriam feudorum naturam sequi,
 vt *Tit. Iur. F. Alem. Von Hofe-Recht-Lehn, Edit. Schilt.*
c. 113. Welch Güt dem Mann one manschafft geliehen wurd,
 das heist nit recht Lehen, als do ein Herre sinne Dienstman
 güt lige zu Hoferecht, und derabe soll er Hoferechts pfle-
 gen und nit Lehenrechts, cui iunge *cap. 63. I. F. Sax.* De-
 nique et id de irregulari horum feudorum natura est, vt
 bona feudalia aequae ac ipsa officia in feudum concedantur,
 ad instar feudorum Ambachtiae et feudalium Imperii offi-
 ciorum, des Fürsten Ambachts, de quibus *conf. I. F. A. c. 112.*
et 142. Possent et alia, quae feudorum propria & impro-
 pria dici solent, his feudis aptari, sed cum e supra dictis
 facili negotio cognosci possunt, pedem hic figimus.



VIRO

V I R O
CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO
IEREMIAE BEHRNAVER,
CONSULI
INCLYTAE BVDISSINAE REIPVBLICAE
CVM MAXIME REGENTI
S. P. D.
P R A E S E S.

Raro fallit generata feliciter soboles; Surgunt in fructus suos exquisita femina; nec ab natura stirpis degenerant furculi. Patere AMPLISSIME VIR, vt haec de Parentis optimi Filio TVO optimo praedicem. Misisti CONSVL, meritorum gloria perclare, filium iuuenem, CAROLVM GOTTLIEB, in nostram hanc Academiam, ut artibus patriis pararet se, atque sub studiorum incude positus formaretur. Faltum TE spes non habuit. Id enim

7c 3300^a 01

enim egit semper Dn. meus Respondens, vt desiderio et spei Patris carissimi se, quantum potuit, approbaret. Testis sum ex parte istius operae, quam sedulo nauauit, quo ingenium intelligendi et differendi disciplinis imbueret. Studiis Iuris priuati aequae ac publici non solum S. R. I. sed et speciatim patrii Saxonici, nec non Historiae Germanicae, me praelegente, alacriter, diligenter incubuit. Sed rationem vitae studiosissime peractae TIBI reddere, quod summum fas erat, debuit, voluit. En itaque specimen forte non adeo tritum et vulgatum, quod ipse Filius TIBI percarus publice discutiendum elegit, proposuit, ac proprio Marte, perpauca me admonente, exarauit. Superest, ut de Filio spei exoptatissimae, et de profectibus eius egregiis, Patriae congratuler et TIBI, mihi, quod publico eruditorum certamini, hac in causa, moderamen adiiicere liceat. Vale, studiisque nostris ulterius faue.

X 7374138

me





162.

2

DISSERTATIONEM IVRIS PVBLICI
DE

Ve
3300a

S. R. I. ELECTORVM
IMPRIMIS SAXONIAE
FEVDIS ET OFFICIIS
BAMBERGENSIBVS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV ET AVCTORITATE
IN ALMA LIPSIENSI
PRAESIDE

D. CAROLO GVILIELMO
GAERTNER

PHIL. ET I. V. D.

D. XXVIII. NOV. MDCCXXVI.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIIICIT

AVTOR RESPONDENS

CAROL. GOTTLIEB BEHRNAVER

BVDISSA LVSATVS.



LIPSI AE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
M D C C X X X I.

